



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

11 An priuilegium, seu potestas dispensandi absoluendi, à reseruatis latè
vel strictè interpretanda sint?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

gul. 2. fallent. 2. num. 11. Bald. in l. item lapidi. ff. de rerum divif. num. 3. Suarez lib. 8. cap. 14. num. 4. & 5. Ex quo inferitur, si tibi concedatur privilegium aduersus privilegium in corpore iuris infortium, valebit privilegium ob rationem iam dictam ? quia preteritur Princeps scientiam huius privilegii in corpore iuris inforti habere, & quia idem iudicium sciendum est de illo, ac de iure communi. lib. 8. Suarez. n. 8.

10 Limitantia tamen est hæc doctrina dummodo ius commune privilegii non resistat si enim resistit derogando, seu remouendo illa, debet privilegium, vt effectum habeat huic iuri sic fortificato derogare, alias nullius valoris erit. Ratio est, quia omnia effecta privilegii derogatur clausula illa iuris communis. Ergo dum illius clausula effecta non tollitur, effectum non potest habere privilegium. Et confirmo: si privilegium absque clausula derogatoria valeret derogare legem sic fortificatam, cuius utilitas erat illa roboratio, si eodem modo ac si non esset roborata, per privilegium, derogetur? Neque obstat illam resistantiam privilegiorum esse de iure communis: proinde non esse præsumendum à Principe ignorari; quia illo non præsumatur ignorari; potest tamen præsumi nolle illi derogare, cum privilegium verbis communibus concedit absque clausula derogatoria, sed satisfacere tantum importunitati petentium, sic Felinus, & Suarez. supra.

11 Verum si privilegium sit contrarium iuri alterius; vel considerandi aut statuto speciali, nullo modo vim habebit, nisi addatur clausula reuocatoria talis iuris, consuetudinis, aut statuti, etiam si privilegium sit proprio motu concessum. Quia nunquam præsumitur Princeps iuris specialibus derogare nisi illorum faciat mentionem, eo quod ignoret illa præsumatur, ex cap. 1. de constitutionibus, in 6. sic Suarez lib. 8. cap. 14. num. 8. & cap. 22. fine. & cap. 28. num. 8. & 10. ubi alios refert Emanuel Saa verbo gratia. num. 1. 4. in vtraque clausula.

PUNCTUM XI

An privilegium, seu potestas dispensandi, absoluedi à referuatis latè, vel strictè interpretanda sint

- 1. Proponitur ratio dubitandi.
- 2. Potestas dispensandi personis non expressis, latè est interpretanda.
- 3. Solutio ratio dubitandi.
- 4. Si potestas dispensandi concedatur expressa personæ, distinctione vtiatur Sanchez.
- 5. Semper esse strictè interpretandum resoluitur vt probabilius.
- 6. Potestas concessa Episcopis in Trident. sess. 24. cap. 6. latè est interpretanda.
- 7. Quid de potestate concessa per Lubiazum & Bullam cruciatæ Resoluitur latè interpretandam esse.
- 8. Quid de potestate concessa alicui eligendi Confessorem, An sit intelligendum de peccatis commissis vel committendis Resoluitur de commissis, si in bonum sit concessa sit potestas.

Ratio dubitandi est, quia hoc privilegium in ordine ad actum, & propter illum conceditur: actus autem, qui est dispensatio, seu à referuatis absolutio stricti iuris est. Ergo etiam debet esse ipsamet potestas; debet enim imitari naturam illius, propter quod est vt tradit Bart. in l. constitutionibus. n. 1. ff. ad municip. Adde, quidquid derogat iuri communi, strictè admittit interpretationem, sed hæc potestas dispensandi, & absoluedi à referuatis, derogat ius commune? commune enim ius est neminem dispensati posse, aut à referuatis absolui nisi à proprio iudice. Si ergo aliis datur facultas dispensandi, & absoluedi, iam lædiur huiusmodi ius. Ergo ex hac parte strictè interpretandum est hoc privilegium: & ita sentit videtur glossa in cap. de rescriptis. in 6. verbo processus. & in cap. soler. de censent. excommunicat. in 6. verbo per superiorem. Anton. de Roliella tractatus de legitimis. lib. 2. §. 2. de causa matrimonii. num. 10.

4 Nihilominus tenenda est communis sententia potestatem dispensandi, & absoluedi à referuatis non expressis personis absoluedis, vel dispensandis, latè esse interpretandam. Ratio est quia nulli iuri est contraria talis potestas: nullum enim est ius prohibens ordinario delegare facultatem, quam habet, imò potius iuri est maxime conformis hæc delegatio, quia sic occurrentibus necessitatibus facilius subuenitur. Item hæc facultas delegata nemini nocentem afferet. nam si alicui afferret, afferret iudici ordinario: huic non potest dici afferre nocentem, cum potius nomine ipsius habeatur, & exercetur: dato quod ipsi nocentem aliquod afferret, cum in illud voluntarie consentiat, non est reputandum alicuius considerationis, vt ob eam causam restringenda sit facultas. Adde Potestas ordinaria dispensandi latè est interpretanda. ex cap. per

venerabilem, qui filij sint legitimi, & cap. fin. de simonia. Ergo etiam delegata, quia ideo ordinaria latè interpretatur, quia nec respicit personam aliquam specialem, sed communitatem, cui necessaria, & utilis est hæc potestas; sed potestas delegata nullis expressis personis respicit communitatem, ad cuius regimine multum interest talis potestas. Ergo. Et ita tenet innumeros tenens Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 2. num. 1. Salas de legibus. disp. 20. sect. 11. num. 110. Saa verbo dispensatio. num. 7. Bonacina disp. 1. quæst. 3. punct. 7. §. 1. num. 14. Molin. tractat. 3. de iustit. disp. 173. versic. obseruandum est. Suarez lib. 8. de legibus. cap. 17. num. 11. Couatr. 4. decret. 2. part. cap. 8. §. 8. num. 6. & alii apud ipsos.

3 Neque obstat ratio dubitandi. Fateor, inquam absolutionem & dispensationem esse strictè interpretandam, quia ius commune vulnerat: nego tamen potestatem dispensandi eiusdem rationis esse, quia non datur propter dispensationem aliquam specialem, & determinatam, sed pro omnibus illis, quæ communi bono, & rectæ gubernationi vix fuerint expedire: quod certe beneficium est, & reipublice necessarium, & iuri conforme. Alias etiam potestas ordinaria dispensandi esse strictè interpretanda, cum sit propter dispensationem. Ad confirmationem dico ius commune dicere, neminem absolui, aut dispensati posse, nisi à proprio iudice, vel ab illo, qui vices illius gerat, qualis est, qui potestatem habet delegatam.

4 Verum si persona, aut personæ absoluedæ, vel dispensandæ exprimentur, distinctione vtiatur Sanchez. illa disp. 2. n. 6. Salas disp. 20. sect. 11. num. 110. Bonacina disp. 1. quæst. 3. §. 1. versic. quarta, num. 19. dicunt enim si in gratiam dispensandi concedatur facultas dispensandi, latè esse interpretandam: secus verò si in gratiam eius, cui est concedenda dispensatio. Et mouetur ex cap. sic nulla, de præbendis, in 6. vbi facultas alicui concessa prouidendi de beneficiis vacaturis, nulla expressa persona, non expirat morte concedentis secus verò si super prouisione certæ personæ faciendæ sit data potestas eidem, non ob suam, sed eius, cui prouideri mandatur, gratiam, vel fauorem; illa verò expirat omnino, si concedens re integra moriatur.

5 Ceterum probabilis censo, in vtroque casu idem esse dicendum, nempe facultatem dispensandi cum determinata persona, siue in gratiam dispensantis siue in gratiam eius, cui est faciendæ dispensatio, strictè interpretandam esse: sic docet doctissimus, & nunquam satis laudatus P. Franciscus Suarez noitæ Societatis, & religionis Christianæ optimè meritis lib. 6. de legibus. cap. 17. num. 7. & adducit Angel. verbo dispensatio num. 9. Syluest. quæst. 5. num. 9. Gambara de autoritate legati. lib. 10. num. 200. Francisc. in cap. si quis, de filiis presbyter. inc. Tabien. verbo beneficium, 2. num. 16. Sayto tom. 3. cap. 18. num. 8. fine. Ratio est; quia dari facultatem dispensandi cum determinata persona in gratiam dispensanti, vel in gratiam eius, cui est concedenda dispensatio, non immutat facultatem, cum huiusmodi finis sit extrinsecus; sed cum datur in gratiam eius, cui est concedenda dispensatio, est strictè interpretanda; quod quod sit inchoata, quasi virtualis dispensatio. Ergo similiter interpretanda est, cum datur in gratiam dispensanti quia tunc est inchoata, & virtualis dispensatio. Et confirmo sæpè dispensandus potest esse æquè dignus fauore, & gratia, ac est dispensans. Ergo in illo casu æquè erit fauorabilis, & amplianda vel restringenda facultas alicui data in gratiam eius, vel in gratiam eius, cui est danda dispensatio. Caput autem, si cui, de præbendis in 6. non tegit ad decidendum, an gratia, & facultas concessa exprimentando personam, sit latè, vel strictè interpretanda; sed solum an expirat morte concedentis & ibi affirmatur: si gratia sit in fauorem eius cui prouideri mandatur, expirate re integra secus verò erit dicendum, si esset in gratiam eius qui prouideri debebat; quia tunc gratia sortita erat suum effectum, ex hoc autem non inferitur, sitne gratia strictè, vel latè interpretanda cum ipsamet Sanchez lib. 8. disp. 28. num. 87. & sequentib. affirmet mandatum ad dispensandum dispensatione necessaria non perire mortuo mandante, & tamen est strictè interpretandum. Ergo durare privilegium post mortem concedentis non inferat latam eius interpretationem.

6 Ex his inferitur primò, potestatem concessam Episcopis in Trident. sess. 24. cap. 6. de reformis, esse latè interpretandam; tum, quia est facultas data non expressis personis & ob bonum commune Ecclesiæ, & in corpore iuris inclusa. Ergo est latè interpretanda, & ita sentit Henriches lib. 10. de sacrament. ordinis, cap. 20. num. 2. & lib. 14. cap. 18. num. 2. Bonacina disp. 1. quæst. 3. punct. 7. §. 1. num. 19. Sanchez. l. 8. disp. 2. à n. 10. & seqq. & in summ. lib. 4. cap. 54. n. 7.

7 Secundo infero quid dicendum sit de potestate concessa per Lubiazum & Bullam cruciatæ eligendi confessorium, qui absoluat à referuatis, vel dispenset in votis & aliis canonicis impedimentis Sanchez lib. 8. disp. 2. n. 7. Nauas, lib. 2. consil. tit. de iure iurando. in 2. edit. consil. 1. n. 6. Salas disp. 20. sect. 11. num. 100. sine existimant strictè interpretandam esse, quia est beneficium, & fauor accipit Bullam, & obtineat Lubiazum. Item est inchoata dispensatio siquidem tenetur electus si causa subit dispensationis, dispensationem concedere vt bene

p obat



probat ipse Sanchez *disp. 28, num. 98*. Verum est attenda hac ratione hanc facultatem esse interpretanda ob fines & circumstantias huius concessionis late explicanda est; sicut de dispensatione in fauorem pae causa, & religionis diximus. Nam finis praecipuus huius facultatis non est aliquid priuatum commodum sustentis auliam, & obsequium lubilatum, sed est commune bonum Ecclesiae & subuentio illius in aliqua publica necessitate. Ergo ex hac parte latam accipit interpretationem, item hanc potestas dispensandi, & absoluedi ordinatur ad lucrandum efficacius indulgentiam, & remissionem peccatorum concessam: indulgentia autem & remissio cum sit Principis beneficium nemini nocens, nec iuri communi aduersum, late est explicandum. Ergo etiam & hac potestas: & ita tenet Suarez *lib. 6, de voto cap. 16, num. 3*, Bonacina *disp. 1, q. 3, punct. 7, §. 1, num. 17*, & de indulgent. punct. 7, ad finem. Henricus *lib. 1, de indulgent. cap. 30, in prin.*, Ludouic. Lopez *2 p. tit. de clauis cap. 9, col. 6*.

8 Tertio inferunt, quid dicendum sit de potestate alicui concessa eligendi confessorum qui cum absoluat a censuris & cibus reuerentis; Azor *lib. 5, cap. 23, quasi. 2*, affirmat strictè interpretandam esse ac potestate limitata ad censuras, & peccata praecedentia facultatem, nisi aliter constet de mente concedentis. Mouetur quia si pro peccatis committendis datur, antequam p. debeat libertas peccandi: Ergo non est extendenda ad illa. Frustra ratio, cum hoc per accidens sit, & non à facultate promouens, sed à materia subiectis. Quapropter Bonacina *disp. 1, quasi. 3, punct. 7, §. 1, num. 11*, Salas *disp. 17, sect. 8, num. 51*, exiit mane late esse interpretandam hanc facultatem, comprehendente non solum commissa sed committenda: tum quia verba generaliter prolata generaliter sunt intelligenda tum quia fauor animae saluti, ne peccator in peccatis tordeat. Mihi tamen absolute dicendum videtur hanc facultatem strictè interpretandam esse si ob bonum priuatum ipsius absoluedi concessa fuerit: ac proinde ad solas censuras, & peccata commissa extendi posse, non ad committenda quia est fauor singularis personae derogans legi communi reuerentis: est enim illa facultas in hostia dispensatio & exemptio à lege communi qua ceteri adire sapientem tenentur pro absolutione, ipse vero ab illa obligatione eximitur. Ergo tanquam dispensatio in lege est strictè interpretanda. Ergo non debet extendi ad omnes casus, quibus verba adaptari possunt. Notanter appositum sit ad interpretandam esse si ob bonum priuatum ab oliuendi concessa fuit facultas si ob bonum commune vel ob aliquid singulare ita graue & necessarium ut eius grauitas praeponderet derogationi legis communis concessa facultas late tunc interpretanda erit eaque de causa Salas *illa disp. 17, sect. 8, num. 51*, sibi contrarius his quae dixit *disp. 10, sect. 11, sine*, dicit facultatem eligendi Confessorum per Bullam cruciatu ampliandam esse vt non solum extendatur pro peccatis commissis ante suptionem Bullae sed etiam pro committendis quantumuis fuerint in confessorum Bulla.

P V N C T U M VIII

An privilegium fauorabile extendatur ad alios praeter expressos

1 Non extenditur ad alios praeter expressos, Explicatur exemplis. In aliquibus privilegiis qui censentur ex p. esse.
2 Proponitur quadam obiectio, soluitur.

1 Regula generalis est non extendi ad alios praeter ibi expressos quia tota efficacia privilegii pendet ex intentione significata concedentis quae intentione verbis significatur. Ergo vltra expressionem verborum non potest extensio fieri. Hinc est quod communiter dicitur, privilegium valere tantum quantum sonat, & in quibus exemplis regula illustratur privilegium concessum religiosis illis ordinis, in his, quorum sunt capaces & quis in illo priuilegio satis exprimitur, siquidem non attenditur sexus, sed qualitas. Manuel Rodriguez *tom. 1, regul. 99, quasi. 13, art. 21*, Bonacina *disp. 1, quasi. 3, punct. 7, §. 2, num. 2*, Suarez *lib. 8, cap. 10, n. 7*. Verum si in privilegio dicitur, *viris religiosis* vt dicitur in *cap. pastoralis, de privilegiis* hinc ad feminas non extenditur, quia ratione illius nominis viri, feminas non exprimitur, sed potius excluduntur, si Suarez, & Bonacina *supra*. Item privilegium concessum filiis filias comprehendit quia nomine filii & filiae sunt intelligendae ex *l. iusta, l. filii, cognoscere de verb. sign. & trad. opime Martenzo lib. 5, recopilat. tit. 7, l. 1, à num. 5*. Secus verò & si dicitur filiis masculinis, feminas tunc manent exclusae sic Rebuff. *in l. 1, de verborum significat. verbo masculinis*, Suarez, Bonacina *supra*. Esto contra videatur tenere Emanuel Saa *verbo gratia, num. 1, in vtriusque editione*; ibi in privilegio nomine marium comprehenduntur etiam feminae: & *verbo interpretatio, num. 3*, dicit in fauorabilibus masculinum comprehendere femininum scus in contractibus, item privilegium fratibus, sororibus est commune nisi aliunde ap-

pareat restrictio; quia sub nomine fratrum sorores veniunt intelligendae ex *l. Lucius, 93, §. quaevisum ff. de legat. 3*, vbi dicitur nomine fratrum in testamento sorores intelligi, nisi aliud de mente testatoris constet. Idem habetur in *l. yres fratres ff. de passis & tradit. Triaquell. lib. 1, de retrat. lignagier §. 1, glossa 9, num. 200*, Suarez *lib. 8, cap. 10, num. 7*, Bonacina *num. 4*. Nominem autem filiorum non veniunt nepotes regulariter loquendo, quia sub nomine filii in iuroribus significatio non comprehenduntur: sic Rebuff. *in l. liberorum, num. 20, ff. de verborum significat. Barbosa in l. maritum, num. 80, ff. de matrimonio*. Quare vt privilegium concessum filiis, ad nepotes extendatur, debet ex iuris dispositione, vel alia via de mente concedentis constare, sic Suarez *lib. 8, de legibus, cap. 11, num. 6*, & sic intelligit authent. *si quis, C. qui potiores in signore habeantur, & l. iusta, l. 1, ff. de verborum obligation. in quibus locis nomine filiorum solent nepotes intelligi.*

2 Sed obici potest primo privilegium concessum Sacerdoti celebranti tempore interdicti, conceditur ministro eius, & domino conceditur secus: at nec minister sub nomine Sacerdotis, nec seruus sub nomine domini exprimitur. Ergo iam privilegium extenditur ad alios praeter ibi expressos. Secundo privilegium nobilitatis concessum marito ad vxorem extenditur, & concessum patri, ad filios: at vxor sub nomine mariti non comprehenditur neque filius sub nomine patris. Ergo.

Facilis est horum solutio.

Ad primum dico, Dupliciter aliqua in privilegio exprimi possunt, formaliter: vel virtualiter quoumque autem modo in privilegio exprimatut ad illa privilegium extenditur, exprimatut autem virtualiter omnia illa, sine quibus privilegium iuridice redderetur. Nam concedens privilegium intendit commodum eius vsum concedere, & consequenter omnia illa quae huiusmodi vbi vel ex praepeto, vel ex consuetudine annexuntur: cum autem ceieb auctori annexat ut minister, si conceditur privilegium Sacerdoti & ministro virtualiter conceditur: sic privilegium concessum Sacerdoti ad celebrandum, vel cultibet alteri ad audiendum diuina tempore interdicti, conceditur etiam familiaribus qui cum comitari solent, *cap. licet, de privilegiis, in 6*, quia alias inutilis redderetur concessio, si quidem ex consuetudine habet, cum pergit ad audienda diuina deferre illum com ratum. Hinc inferit Suarez *lib. 8, cap. 11, num. 7, & 8*, & ex illo Bonacina *disp. 1, quasi. 3, punct. 7, §. 2, num. 6*, si Sacerdoti concedatur privilegium recitandi matutinum statim post meridiem (vt ipsemet Suarez habebat) concedi consequenter socio cum illo recitanti, quia conceditur privilegium iuxta vsum ab Ecclesia receptum at vsum Ecclesiae est recitare cum socio. Ergo socio conceditur, alias fore inutile esset privilegium, siquidem cogeter tate recitare solus, cum raro inuenitur socium qui recitare vellet scens obligationi propria non satisfacere. Ind. cat. Saa *verbo gratia, num. 30*.

Ad secundum fateor privilegium nobilitatis marito concessum, ad vxorem extendi, & concessum patri ad filios, non ex vi illius privilegii quo maritus, & pater nobilitantur, sed ex alia iuris dispositione, qua causetur quoribus marito aut patri, privilegium nobilitatis conceditur, vxorem, & filios illo gaudeat ex *l. femina, ff. de Senatoribus, & l. 1, Cod. de dignitatibus, lib. 1*. Hac autem nobilitas communicatur vxori, & filiis, si uti communicatur marito. Quocirca, si nobilitas marito ingenta sit, vxor per participationem, tam viuentis marito, quam illo mortuo nobilitas permanet, & idem est de filiis: si autem nobilitas non ex sanguine, sed ex officio, & moneat marito adueniat tunc distinguendum est: si perpetua sit in matricio etiam renunciat officium, ad vxorem, & filios transit illo etiam mortuo si autem cum officio coniuncta sit nobilitas, solum dum illud durat, nobilitas existit maritus & filii: sic Suarez *lib. 8, de legibus, cap. 11, num. 13, & 4*, consentit ex parte Azor *lib. 5, cap. 23, quasi. 4*, cum Patroimian. in *cap. licet, de censibus*, & Cyno *in l. 2, Codic. de Episcopis & clericis Syluester privilegium, quasi. 5, Salas disputat, 17, sect. 11*, Bonacina *disputat. 1, quasi. 3, punct. 7, §. 2, num. 10*. Efficitur ergo ex his veram esse regulam positam, nunquam privilegium extendit ad alios praeter expressos formaliter, vel virtualiter in privilegio siquidem: vt privilegium nobilitatis extenditur ad vxorem, & filios necessaria sunt noua iuris dispositio. Quapropter si privilegium exemptionis à tributis concedatur marito, ob eius necessitatem, aut aliam rationem, excepta nobilitate, non extenditur ad vxorem neque ad filios sic Azor, Salas, & Suarez *supra*. Sicut privilegium canonis fori concessum clerico coniugato non extenditur ad eius vxorem & filios, quia nec iure habetur talis extensio neque etiam erat conueniens siquidem clerico conceditur ob dignitatem clericalem, quae vxori communicari non potest: ac tandem ratione matrimonij in ipso clerico eius privilegium coarctatur, vt constat ex *cap. unico de coniugato, in 6*, & Tridente *sect. 23, cap. 6, de reform. eo quod non sit ita ad diuinum obsequium expeditus ac si liber existeret*: Ergo longè erit ab extensione in ordine ad alios sic Sanchez plures inferens *lib. 7, disp. 47*.